

100.

inutti. & ignari mysterium loquebantur. eo quod  
magnum patris defilio testimonium resultabat.  
**I**n iob quoq. libro scriptum dicit. firmamentum quoq.  
tonitruis qui sicut quando facit. Utique si ad hec  
commotionum celestium tonitrua p. tineret. non  
futura eorum firmamenta. sed facta dixisset.  
**E**rgo tonitrua ad sermones dicitur & erit. quorū in  
omnem terram exiuit sonus. Sp̄m autem hoc lo  
co animam quam suscepit rationabilem. atq. pfect  
tam intellegimus. quia scriptura frequenter. &  
animam hominis sp̄suocabulo designauit. Sicut  
habes. qui creat sp̄m hominis. In se ipso uidelicet dñs.  
animam suam. sp̄sa pellatione significans ait.  
**I**n manus tuas commendo sp̄m meum. Et ut scires  
quia de ihu dñi descensione memorauit. addi  
dit quod adnuntiarē in homines xp̄m suum.  
**A**d nuntiauit enim in baptimate dicens. tu es  
filius meus dilectus. in quo bene complacui. Ad  
nuntiauit in monte dicens. hic ē filius meus dilec  
tus. ipsum audite. **A**d nuntiauit in passione.  
cum sol recessit. maria terraq. tremueret. Ad